

COLECCION DIPLOMATICA BURGALESA

Bajo este epígrafe queremos iniciar en las páginas de nuestro «Boletín» la publicación de la documentación burgalesa altomedieval; seis grandes iglesias o monasterios merecieron en su día la publicación de sus cartularios y diplomas: Valpuesta, Oña, Cardaña, Covarrubias, Arlanza y Silos. La documentación de otros cuatro monasterios, aunque de menor antigüedad, también es asequible en letra impresa: se trata de las Huelgas, Caleruega, Rioseco y Bujedo de Campajares.

Pero al lado de los mencionados existen otro par de docenas de centros monásticos o religiosos burgaleses que conservaron su documentación altomedieval hasta la desamortización de 1835; dispersos hoy sus tesoros documentales, no resulta fácil en muchos casos, ni su localización, ni su consulta. Para abrirlos a todos los investigadores y ponerlos a su alcance es por lo que hoy iniciamos la transcripción y publicación de los mismos en esta sección.

Ordenadamente irán apareciendo los *Diplomatarios* de los diversos monasterios e instituciones religiosas; transcribiremos el texto íntegro de todos los documentos anteriores a la muerte de Fernando III en 1252, y desde esta fecha hasta 1484 comienzo del reinado de los Reyes Católicos redactaremos un Regesta documental en el que queden reflejados al lado de los participantes y la naturaleza del negocio jurídico todos los nombres propios tanto de lugares como de personas que aparecen en el diploma reseñado.

DIPLOMATARIO DE SAN CRISTOBAL DE IBEAS (1)

970, marzo 1.

Obeco, García y su hija Urraca venden al abad Obeco y al monasterio de San Adrián de Juarros ciertos derechos sobre un molino sito en el río Ibeas en Cuzcurrita en el lugar llamado Fonte de Nafarra.

In Dei nomine. Ego Obeco et ego Gartia una pariter cum filia mea Urraka, nullis quoque gentis inperio nec suadentis articulis, sit conplacuit nobis adque conuenimus si uendiuimus ad tiui Obeco abbate et ad collegio de aula sancti Adriani et ad confessores de sancti Adriani in molino quod dicitu Fonte de Nafarra quod est in ribo de Ebeia usque ad caput de XII dies II dies et duas noctes, illo molino infra terminos de uilla quod dicitur Coscorrita. Et per ipsas beces de ipso molino accepimus de uos pretium X solidos argenzos; de ipso pretio aput uos non remansit deuito, ita desodie die uel tempore de nostro iure in bestro iure abeatis ipsas beces de ipso molino, sit uos quomodo aliquid abbate et confessores quod inuentus fuerit in collegio sancti Adriani. Et si aliquis homo hunc nostro factu ad disrumpendum uenerit, nos ipsos, filiis nostris, germanis, extraneis, subrinis, subrogata persona qui uoce leuantare per ipsas beces de piso molino aut iudicio copulare boluerit duplet ipsas beces de ipso molino in simile tale loco et ad pars de tiui Obeco abbate et ad confessores de sancti Adriani et ad pars

(1) Los diplomas de San Cristóbal de Ibeas se conservan en el A. H. N., carpetas 249 y siguientes, y en un Cartulario del siglo XVIII actualmente entre los códices del Archivo de la Catedral, núm. 35. Llorente visitó el monasterio de San Cristóbal de Ibeas antes de la desamortización y transcribió alguno de los diplomas hoy perdidos. Finalmente el monasterio de San Juan de Burgos guardaba algún documento que interesaba por igual a ambos monasterios.

Algunas escrituras del Becerro y las noticias históricas contenidas en el mismo fueron transcritas y publicadas sin examen crítico por Blanco Díez, A., *Un monasterio premonstratense burgalés. Abaciología de San Cristóbal de Ibeas*, Burgos 1947, separata de nuestro «Boletín» núm. 93 y siguientes.

potestas Gondosalbo Gudestioz in cauto pariet XXX solidos argenzos; et uindictio per scriptura facta et rouorata plena abeant firmitate. Facta karta scriptura comparationis die notu III feria ipsas kalendas marcias erat VIII rex Rademiro in Legione et comite Garzia Fredenandez in Castella. Ego Obeco et ego Gazia et ego Urraka qui hanc karta scriptura cognita fierit boluimus legente audibimus † rouorauimus coram testes: Beila presbiter hic rouorauit, Bilisqui hic testis † roborauit, Armentero hic testis † roborauit.

Istas sunt beces de fratres de sancti Adriani VIII dies et VIII noctes et de eredes II dies II noctes in istas IIII oras IIII maquilas ad fratres de sancti Adriani. Ziterege scripsit.

(Copia A (2) del siglo X: A. H. N. carp. 249, n. 1. Copia B. Cartulario, f. 3, procede de A. Publicado por SERRANO, Obispado, III, p. 15, tomada de B).

2

971, septiembre 24.

Gondosalbo Gudestioz y su mujer Prollina venden al abad Obeco y a los monjes de San Adrián de Juarros la tercera del molino sito en el lugar llamado Fonte de Nafarruri.

In Dei nomine. Magnus est titulus comparationis quam nullus homo in suis hactibus disrumpere potest. Ego Gondosalbo Gudestioz et uxor mea Prollina nullus quoque gentes inperio nec suadentis articulum set propria nobis accensit uoluntas ut uendiuimus ad tiui Obeco abbas bel ad tuos fratres de sancti Adriani qui ibidem fuerunt uendiuimus tertia parte de molino qui est a la fonte de Nafarruri cum sua aqua indutile et suo curriculum cum suo termino, molino pro annale la rractione de Gartia Arguiscoz. Et accepimus de uobis pretium quanto nobis bene conplacuit octo solidos argenzos, et iam de ipso pretio aput uobis nicil non remansit deuito pro dare;

(2) Aunque el diploma que ha conservado este documento está escrito en letra contemporánea del original, se trata efectivamente de una copia puesto que en un mismo pergamino se escriben dos documentos por orden inverso de antigüedad: en primer lugar el del 24-IX-971 y a continuación el del 1-III-970. Además los dos documentos en el pergamino actual son de una misma y única mano mientras los originales fueron escritos por dos escribas diversos: el del 970 por «Ziterege scripsit», y el de 971 por «Munio presbiter scripsit».

desodie die uel tempore abeatís tenatis tam uos uel qui ibidem fuerit in sancte Adriane nullusque uos reppetierit uel contradica. Set si quis aliquis homo de me Gondosaluo Gudestioz aut io aut filiis meis uel neptis aut germanis aut subrinis uel quambet homo de aliquis parte hanc scriptura ad dirumpendo uenerit quomodo pariet ipsa tertia parte de ipso molino duplato et in cocto XXX solidos medios ad potestas et medios ad fratres de sancti Adriani et scripta ista plena abeant firmitate. Facta kartula comparationis uel uindictionis sub die quod erit notum VIII kalendas octobris in erat millesima VIII a rege Rademiro in Legione et comite Garzia Fredenandiz in Castella. Ego Gondosalbo Gudestioz et uxor mea Prollina quod in hanc kartula fierit boluimus relegendo audiuius manus nostras signum fecimus † et testibus tradimus ad rouorandum. Beila Beilaz ic testis, Obeco Albaroz ic testis, Blasquo Telloz ic testis, Bela presbiter ic testis, Vilisqui ic testis, Munio presbiter scripsit.

(Copia A (3) del siglo X: A. H. N., carp. 249, n. 1. Copia B. Cartulario, f. 3; procede de A. Publicado por SERRANO, Obispado, p. 16, tomada de B).

3

1107 diciembre 25.

Alvar Díaz y su mujer Teresa Ordóñez donan al abad Domingo y a los monjes de San Cristóbal de Ibeas el propio monasterio de San Cristóbal y diversas posesiones en otros catorce lugares ingenuando dicho monasterio que podrá elegir patrono entre los descendientes de los donantes.

Sub Christi nomine et indiuidue Trinitatis, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, trina maiestas et una diuinitas qui cuncta omnia que creauit uisibilia et inuisibilia ex nihilo supleuit unusque admirabilis extans inseparabili Trinitate cuius regnum et imperium sine fine permanet in secula. Amen. Quapropter ego Albar Didat una cum uxore mea Teresa Ordonnet cum consensu et uoluntate eius gratuita et uoluntate nostra spontanea nullius cogentis imperio nec suadentis articulo sed iussu omnipotentis Dei et pro remissione peccatorum nostrorum et parentum nostrorum nos supra nominati uidelicet

(3) Cfr. not. 2.

ego Albaro Didat cum coniuge nostra Teresa Ordonnet hereditarie donamus et concedimus Domino Deo et Sancto Christoforo et tibi fideli nostro Dominico abbati illud proprium nostrum monasterium sancti Christofori de Euea propter seruicium bonum quod nobis fecisti et spondis facere omnipotenti Deo et ad honorem sancti Christofori quatenus pietate Dei tuaque oratione sufulti eterna adipisci gaudia mereamur illo prestante qui uiuit et regnat per infinita semper seculorum secula. Amen. Est enim ipso monasterium sancti Christofori quod nos supra nominati uoluntarie donamus et concedimus tibi Dominico abbati expontanea uoluntate nostra in uilla ubi dicitur Euea cum omnibus herenciis et adiectionibus suis et quantum ad illud monasterium pertinet et seruire debet quod nostrum fuit et nostrum et suum esse debet uidelicet in omnibus exitibus qui sunt in Eueis tercia parte et in defesis in duplo taiar. Insuper et alia monasteria et hereditates que subiecte sunt illi monasterio id est sancti Vincencii de rio de Cauia cum omnibus suis pertinenciis uidelicet terras, uineas, ortos, pratos, molendinos, solares populatos et non populatos et cum omnibus exitibus et regressibus; et in Modua de sancto Cipriano omni hereditate que ad nos ibi pertinet et que fuit de Gonzaluo Dominici et alia hereditate quae fuit de comite don Lop et sua uxore cometissa domna Ielo uidelicet terras, uineas, ortos, pratos, molendinos, collazos, solares populatos et non populatos et cum omnibus exitibus et regressibus et quantum ad nos supra nominati ibi pertinet; damus etiam sancto Adriano monasterio quod est iuxta sancte Crucis cum quantum ad nos ibi pertinet uidelicet collazos, solares populatos et non populatos, terras, uineas, ortos, pratos, molendinis, pascuis et defesis et cum omnibus suis pertinenciis; et illa manneria de Velasco Munnoz de Villaescusa la Solana; et in Marmellar quantum ibi habemus et ad nos pertinet; et Ormazola ipsa hereditate de sancto Pantaleone ab omni integritate; et in alia Ormazola de Fornillos sancto Stephano monasterio cum collazos, solares populatos, et non populatos, terras, uineas, ortos, pratos, defesis, pascuis et molendinis et quantum ad nos ibi pertinet; in Tolmantos collazos, solares populatos et non populatos, terras, uineas et quantum ad nos pertinet; en Refoio uno solare cum quantum ad ipsud solare pertinet; et in Villa Oria nostra hereditate ab omni integritate uidelicet collazos, solares populatos et non populatos, terras, uineas, ortos, molinos et quantum ad nos ibi pertinet; et ipsa hereditate de illa albergeria de sancta Pia quantum ad nos ibi pertinet; et in sancta Cruce quantum ad nos pertinet ab omni integritate; et sanctorum Cosme et Damiani cum quantum ad nos ibi pertinet uidelicet terras, ortos, pratos, molinos, collazos, solares populatos et non populatos, pascuis et defesis et cum omnibus suis pertinenciis; damus etiam adhuc sancto Petro de Villaepun ab omni integritate quantum ad nos ibi pertinet. Hec monasteria et omnes hereditates que in ista carta scripta sunt quod nostrum fuit et uestrum esse

debet ab omni integritate donamus et confirmamus tibi Dominico abbati et successoribus tuis quos tu proponere uolueris in diebus uite tue ad habendum et posidendum ad uindicandum omnibus diebus uite uestre et non permittimus aliquem hominem qui uobis inquietacionem faciat uel modice. Tali autem pacto et tenore ego Albar Didat et uxor mea Teresa Ordonnet donamus tibi Dominico abbati supradicto monasterio et has hereditates ut ex hac die uel tempore sint tue in uite tue et post obitum tuum successoribus tuis et ingenuus sitis tu et successoribus uestris et monasterium tuum et in diebus nostris sis noster ad benefaciendum et ad uindicandum uos omnibus diebus uite nostre et uestre et post obitum nostrum non permittimus hec monasterio et has hereditates in participacione intrare non de filiis neque de filiabus neque de neptis nostris sed de filiis uel filiabus aut naptis aut uisneptis quos ego Albarus Didat habuero de Teresa Ordonnet ad qualem de istis uobis Dominico abbati uel successoribus uestris placencium fuerit reclamum habere illius reclamum habeatis et si ipsum ad quem reclamum habueritis non recte defenderit uobis sit a Deo maledictus. Et hoc factum nostrum plenum habeat roborem firmitatis; quod si casu eueniente quod fieri minime credimus nos seu de filiis nostris tam de propinquis gentibus nostris quam extraneis quisquis fuerit homo qui hanc monasteria et has hereditates retentare et in participacione mittere uoluerit sit a Deo maledictus et excommunicatus et absorbeat eum terra sicut absorbit Datan et Abiron et luat penas in inferno inferiori cum Iuda traditore Domini. Facta carta roborationis et confirmationis VI kalendas Ianuarii in era millessima centesima quadragesima quinta regnante rege Aldefonso in Legionem et in Castella et in Toletum et in omnibus regnis suis et hec carta fuit rata et confirmata coram his testibus: Garci Sanchet hic testis, Bartolomeus Diat hic testis, Gonzaluo Gonzaluet hic testis, Galindo Galindet hic testis, comite Garcia Ordonnet confirmat, senior Diat Sanchet confirmat, Garci Albaret armiger regis confirmat.

(*Orig. A. H. N., carp. 249, n. 2. Copia A: Cartulario, f. 4. Publicado por SERRANO, San Salvador del Moral, p. 269-272, tomada de A.*)

1140.

Noticia:

Hay una donación de D.^a Sancha Díaz y su marido Pedro Gonzalviz,

hecha en el año de 1140, en la cual confirma Lupo su hijo, de quien se hará mención en el año de 1185, et Martinus Galindez de Sámano et Petrus Bermudez de Valdivielso et Guterius Fernández.

(*Cartulario, f. 5*).

5

1145.

Noticia:

Hay un privilegio del emperador Don Alonso el VII dado el año 1145 en el cual se ponen y señalan los mojones de la Junta de Juarros que el dicho emperador les concedió a ruego e intercesión de D. Gutierre Fernández y de Rodrigo Muñoz fundadores de esta casa, igualmente que otro privilegio sobre que les sean guardados los fueros contenidos en él, y en el Cartulario que también está en el Archivo, y sobre que no paguen portazgo.

(*Cartulario, f. 5*).

6

1146.

Sancha Díaz dona al abad Rodrigo y a los Monjes de San Cristóbal de Ibeas el monasterio de Santiago de Villanueva.

Cum brevis temporalis vita sit ad comparationem eterne debet unusquisque (dum vivit) bona que poterit agere ut post temporalem mortem per operum honorum merita valeat eternam habere. Quapropter ego Sanctia Diaz pro remissione peccatorum meorum et salute anime mee ac parentum meorum do tibi Roderico abbati et concedo frateribus sancti Christofori monasterium sancti Jacobi de Villanova et quantum ad illum locum pertinet. La mamposta sit má [mea] et ex filiis meis et neptis meis cui Abbas et fratres

commiserint. Quicumque hoc factum disrumpere voluerit etc. Facta carta sub era MCLXXXIII imperante Domino Alfonso etc.

(*Cartulario, f. 5*).

7

1146, Avila.

Noticia:

En la misma era y año el expresado emperador D. Alonso hizo donación a D. Sancho primer abad de Retuerta y a los frailes de aquel monasterio de las villas de Livierna cerca de Monasterio, y Castillo, y la de Villorova que está en Montes de Oca, para que hiciese una abadía o un priorato u obediencias según la regla de S. Agustín. Hizose en Avila; confirma en ella Gutierre Fernández el de Castro, fundador de este monasterio; y obra en el archivo.

(*Cartulario, f. 6*).

8

1150.

Noticia:

Hay una donación del mismo emperador por la qual es guardada la dehesa de Mijaradas que se llama el Soto, y se señalan muy en particular las penas contra los que cortaren en ella. Esta donación con otra de la bizcondesa Elijor anda inserta en una confirmación de D. Sancho el IV... Hizose en el año 1150, en el qual según el inventario antiguo f. 55 v. dio también a D.^a Sancha Díaz lo que tenía en Mijaradas.

(*Cartulario, f. 6*).

1151, febrero 20.

Gutier Ferrández con su mujer Tota y Roy Muñoz con su mujer Maior donan al abad Gonzalo el monasterio de San Cristóbal de Ibeas y diversas posesiones en otros once lugares que habían pertenecido a Alvar Díaz, y figuran en la donación de éste (4) todos salvo uno (5).

Principium scripti sit sub nomine Christi. Ego Guthier Ferrandez cum uxore mea dompna Tota et ego Roi Munioz cum uxore mea dompna Maior damus et concedimus Deo et abbati Gundissaluo monasterium sancti Christophori de Euea cum uniuersis pertinentiis scilicet monasterium sancti Adriani cum solaribus et agressibus et regressibus et fontibus et montibus et pratis et cum omnibus suis pertinentiis; et monasterium sancti Vincentii de Rio de Cauia cum solaribus et exitibus et uineis et terris et molendinis et fontibus et ortis et cum ingressibus et regressibus et cum omnibus suis pertinentiis; et monasterium sancti Stephani de Ormaza cum casas et terras et uineas, ortos et solares, molendinos et diuisas cum sua ecclesia et cum omnibus suis pertinentiis; in uilla Maiore media uilla cum quanto ei pertinet; en Tholmantos hereditate et collazos et cum omnibus suis pertinentiis; in Villoria similiter solares et hereditates et omnia que ei pertinet; monasterium sanctorum Cosmam et Damianum cum quanto ei pertinet; in uilla Epun sanctum Petrum cum quanto ei pertinet; et similiter sancta Cruz cum quanto ei pertinet; sancta Pia del Camino cum quanto ei pertinet; en Rehoio quanto ei pertinet. Has hereditates supra nominatas que fueron de Albar Diaz damus et concedimus illo foro uel coto que est de Castilla a las ecclesias et a los monasterios: D solidos in uineas et en restongos, et en los cotos de ouibus el carnero, et de porcis el porco si intromissi fuerint, et de alio ganado sicut est fuero de Castilla; super las defesas que habent et adhuc daturi sumus nos habeant el fuero que habent en el carterario uetero scriptum. Si quis ex nobis uel ex nostra proienie uel ex aliena hunc nostrum factum frangere uel uiolare uoluerit sit a Deo maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore in inferno inferiori dampnatus. Ego Guterrus et uxor mea Tota qui hoc scriptum fieri iussimus his coram testibus manibus propriis

(4) Cfr. en este Diplomatario, doc. 3.

(5) Doña Tota era nieta de Alvar Díaz y Teresa Ordóñez; su madre había sido Enderquina Alvarez, hija de los anteriores; cfr. doc. del 5-XI-1124 en SERRANO, *San Salvador del Moral*, p. 31-34.

signando roborauimus. Ildefonsus imperator confirmat, Sanctioris rex confirmat, Victor episcopus confirmat, Iohannes subcouiensis episcopus confirmat, Rodericus Nazarensis episcopus confirmat, Rodrigo Munnoz testis, Albaro Rodriz testis, Fernando Roiz testis, Munio Roiz, Didago Munnoz, Albaro Munnoz, Ordon Sebastian, Garcia Sebastian, Nunno Sebastian, Don Gil testes, (*pars scissa*) confirmationis notum diem secunda feria X kalendas marcii era MCLXXXVIII (6) regnante imperatore Ildefonso in tota Hispania et in omnibus regnibus suis.

(*Orig. A. H. N., carp. 249, n. 3. Cartulario, f. 5*).

10

1151, octubre, Burgos.

La vizcondesa Eloiz dona al abad Domingo del monasterio de La Vid, con ocasion de la primera piedra del mismo, la villa de Mijaradas.

In Dei nomine. Cum brevis temporalis vita sit ad comparationem eterne debet unusquisque dum vivit bona que poterit agere ut post temporalem mortem per operum bonorum merita valeat eternam habere. Quapropter ego vizcondesa Eloiz pro domno rege Aldefonso et pro mea parentumque meorum salute et pro peccatorum animarumque nostrarum salutione in prima edificatione Vitensis domus in conspectu infantis Sanctie in burgensi civitate dono domno Dominico abbati Vitensi et eius administrationi meam hereditatem que vocatur Migharadas, quam (accepi) ex integro a domino Aldefonso imperatore, ut habeant et perenniter possideant cum montibus et fontibus, cum pratis et pascuis, cum ingressibus et regressibus et cum suis universis pertinentiis; et hec villa est in alfoz de Burgos, ex una parte villa que vocatur Turones et ex alia parte Celada et ex alia Riodevena. Si vero aliquis ex meo vel alieno genere hanc meam donationem, quam suscepi placatam apud Aldefonsum imperatorem, disrumpere temptauerit aut aliquid de hac hereditate usurpando fraudare voluerit sit a Deo maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore in inferiori inferno damnatus; insuper pariat regis parti mille morabetinos. Facta carta in mense octubre sub era MCLXXXVIII

(6) En la datación no concuerda la fecha de la calendación con el día de la semana.

imperante rege Aldefonso in Toletis et in Burgis et in Leone et in Nazgara et in cunctis regnis suis. Huius rei sunt testes: Petrus palentinus episcopus, Petrus burgensis episcopus, Enego abilensis episcopus, Rodericus Gomez comes Castelle, Almaricus comes Toleti, Pontius comes de Cabrera, Guterius Fernandez, Lop Lopez, Nunio Periz alferiz imperatoris, Michael Feliz maiorius imperatoris in terra Burgis et Najera, Gomez Gonzalez, Garzi Garciez de Aza, Garzi Iñiguez de Roda, Roy Muñoz de Uzman.

(*Cartulario, f. 8 y 9*).

11

1151, noviembre.

Alfonsus VII dona al abad Rodrigo, a los monjes de San Cristóbal de Ibeas, y a la Orden Premonstratense introducida en dicho monasterio por Gutier Fernández y su esposa D.^a Toda, todo el término de Ibeas del Camino.

In Dei nomine. Cum brevis sit vita temporalis ad comparationem eterne debet unusquisque dum vivit bona que poterit agere ut post mortem temporalem per bonorum operum merita possit eterna habere. Huius rei gratia ego rex Aldefonsus pro anima mea et parentum meorum remissione donando et concedendo roboro et confirmo monasterio sancti Christofori totam hereditatem et gratiam in hac pagina descriptam, videlicet: totum terminum de Ovea del Camino ex dicti monasterio Aldeola de Sancto Andrea per viam que transit per sanctum Emilianum et vadit ad Cozcorram etc. *Y prosigue:* Quas hereditates, loca et terminos cum omnibus dictis iuribus et preeminentiis imperator Aldefonsus dedit ad Ordinem Premonstratensem et ad servitium Dei Roderico abbati et fratribus dicti monasterii sancti Christofori quod Guterius Ferdinandus cum uxore eius domna Toda fundavit et in eo abatem et monachos albos missos ex Premonstrato Francie cum missalibus et libris posuit. Facta karta in mense novembri era MCLXXXIX.

(*Cartulario, f. 9*).

1156.

Alfonsus VII dona al abad Rodrigo de San Cristóbal de Ibeas la villa de Quintanar.

In Christi nomine amen. Decet inter ceteros homines regiam siue imperatoriam stabilitatem Deo fideliter seruientibus dona largire. Ea propter ego Adefonsus Dei gratia Hyspanie imperator una cum uxore mea imperatrice Rica et cum filiis meis Sanctio et Fernando regibus facio cartam donationis et confirmationis Roderico abbati beati Christofori de Eueia et fratribus eius de Quintenar ut habeant et possideant predictam hereditatem cum montibus et fontibus et pascuis et cum omni iure eius hereditario iure imperpetuum; Tali inquam tenore do et concedo uobis ut libere eam ac quiete possideatis. Si quis uero hoc factum meum ausu temerario infringere temptauerit sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda proditore Domini in inferno dampnatus. Facta carta sub era MCLXXXVIII imperante domno Adefonso imperatore.

[*Primera columna*]

Ego domnus Adefonsus imperator hanc cartam quam fieri iussi meo proprio robore confirmo, Sanctius rex filius imperatoris confirmo, Fernandus rex filius imperatoris confirmo, comes Almanricus tenens Baeciam confirmo, comes Poncius maiordomus imperatoris confirmo, Fernandus Captius maiordomus regis confirmo, Garsia Garsiaz de Aza confirmo, Garsia Gomez de Roaa confirmo, Gonzalus de Maranion alferuz imperatoris confirmo; Nunnus Petriz tenens Montour confirmo.

SIGNUM IMPERATORIS.

[*Segunda columna*]

Iohannes toletanus archiepiscopus et primas Hyspanie confirmo, Petrus burgensis episcopus confirmo, Vincencius secobiensis episcopus confirmo, Iohannes oxomensis episcopus confirmo. Enegus auilensis episcopus confirmo, Menmduus Bofinus confirmo, Gogter Fernandiz confirmo, Staphanus aben-

bran Aluazal zafalmedina confirmo, Petrus Aluazil alcalde confirmo, Iulianus Petriz aluazil confirmo.

(*Orig. A. H. N., carp. 249, n. 4. Cartulario, f. 9.*)

13

1160, octubre.

Sancha Díez, hermana de D.^a Toda dona al abad Rodrigo y al convento de San Cristóbal de Ibeas sus heredades en Mijaradas y en Hormaza.

Sub honore sancte et individue Trinitatis scilicet Patris et Filii et Spiritus Sancti; quorum maiestas, potestas, unitas, equalitas eque manet per omnia; quibus nihil est divisum vel diversum in unitate Deitatis, sed cuncta elementa celestia, terrestria et infernalina sunt communia; cui cives angelici sub hierarchia triplici trine gaudent et simplici se monarchie subiici, ipso inspirante et opitulante; qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem sui nominis pervenire; ex quo, de quo, a quo bona cuncta procedunt. Nullius hominis administrationis adminiculo aut alicuius imperantis imperio seu cuiuslibet consulentis consilio sed sancta et honesta honestate propria voluntate spontanea bonitate cepi cogitare mecum quemadmodum facere mihi amicos de mammona iniquitatis ut cum defeci virtus mea et dum transiero ex hoc mundo recipiant me in eterna tabernacula audiamque illud divinum epitalamium: «Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, veni de Libano, veni coronaberis quia manum tuam aperuisti inopi et palmas tuas extendisti ad pauperem, ideo nunc et in novissimo ridebis et bona Hierusalem ovanter sine fine videbis». Ego Sanctia Díez germana domne Tote pro remissione peccatorum meorum et salute anime mee ac parentum meorum o necnon mariti mei Petri Gonsalvez do tibi Roderico abbati et concedo fratribus sancti Christofori in Eves de gentibus videlicet sancti Augustini totam hereditatem meam in hac pagina descriptam etc. in Mijaradas etc. Et ego domna Sanctia de Frias abbati sancti Christofori et omni eius conventui dono et vendo omnem videlicet hereditatem meam quam habeo in Hormaza etc. Era MCXCVIII regnante Aldefonso juniore filio Sanctii regis. Huius rei fuerunt testes Petrus burgensis episcopus, prior Michael de Monteforte, Guterius Fernandez et domna Tota uxor eius.

(*Cartulario, f. 9 y 10.*)

1164, enero 15.

García Alvarez y sus hermanas Flamla y Urraca venden por 10 maravedís al abad Rodrigo y a los monjes de San Cristóbal de Ibeas la cuarta parte de Quintanilla.

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ego Garcia Alvarez et ambe mee sorores dompna Flamla et dompna Urracha ex nostra spontanea uoluntate non per metum neque perturbatum sensum uendimus tibi abbati Roderico et fratribus tuis nostram hereditatem, scilicet la quarta part de Quintaniella cum suo termino circa Euea, scilicet terras uineas, prados, montes, fontes, diuisam, ecclesiam, ingressus et regressus et quantum ad nos ibi pertinet et in ipsa uilla supra dicta la quarta part pro precio quantum ad me et uobis placuit X mrbrs; et de precio non remansit por dar; de hodie in antea nos eximus de hereditate illa et uos intratis in illa ut habeatis et possideatis in perpetuum. Si aliquis ex filiis nostris uel ex neptis uel parentibus uel ex subrogatis inquietare uoluerint uel istam cartam disrumpere uolunt in primis ira Dei ueniat super eum et absorbeat eum terra sicut absorbuit Datan et Abiron, et cum Iuda traditore lugeat penas in inferno, et reddat istam hereditatem dupplatam uel melioratam in simili tali loco, et centum libras ex auro purissimo pectet medietatem potestati et alteram medietatem abbati Christofori. Facta carta notum diem XVIII kalendas febroarii sub era millessima ducentessima secunda regnante rege Aldefonso in Burgis et in omni regno suo, comite Luppō in Naiara, Guterrus Fernandez in Castro. Ego Garcia Alvarez et ambe mee sorores qui hanc cartam iussimus facere manibus nostris roboramus in concilio de Euea coram his testibus: Simon testis, Petrus testis, Iohannes testis, Petrus presbiter testis, Christoual testis, Dominicus testis, Petrus testis, Dominicus presbiter testis, Dominicus testis, Milianus testis, Dominicus testis, Munio presbiter testis.

(Orig. A. H. N., carp. 249, n.º 5. Cartulario, f. 10).

1164, enero, Llantada.

Alfonso VIII dona al abad Rodrigo y a sus monjes de San Cristóbal de Ibeas la iglesia de San Miguel y la villa de Villapetro.

In Dei nomine amen. Decet regiam potestatem aliquem sibi bene et fideliter saruientem donis remunerare. Ea propter ego Aldeffonsus Dei gratia rex Castelle et Extrematura dono uobis abbati Roderico et fratribus uestris et successoribus uestris et ecclesia sancti Christofori de Euea ecclesiam sancti Micaelis cum terris et vineis cum molendinis et piscariis cum pratis et pascuis cum ingressibus et regressibus ut habeatis et possideatis usque in perpetuum et insuper hoc dono in uilla Petro quantum ad me pertinet iure hereditario et ego rex Adeffonsus pro animabus aui mei et patris mei et matris et parentum meorum concedo prefatam donationem. Si aliquis homo cuiuscumque proienie istam meam donationem disrumpere uoluerit sit a Deo maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus. Facta carta in Plantada in mense ianuarii era millessima ducentessima secunda regnante Aldeffonso in Castella et in Nazarena in Extrematura istam cartam roboro et confirmo Iohannes toletane sedis archiepiscopus et totius Yspanie primas confirmat Ramundus palentinus episcopus conf. Petrus burgensis episcopus conf. comes Amalricus conf. comes Lupi conf. comes Nuno conf. Gondissalbo de Maranon conf. Gonterrius Fernandez conf. Petrus Rodriguez conf. Petrus Facundiz conf. Rodericus Gondissaluez alferiz regis conf. Petrus Garcis maiordomus curie regis conf. Gondissalbo Gonsaluez conf. Diego Vello conf. Gonsalbo Padilla conf. Iohannes Porco conf. Dominico Pelaiz conf. Raymundus cancellarius regis et comitis scripsit hanc cartam.

(Copia A. Traslado auténtico del 21-II-1342, A. H. N., carp. 249, n.º 6. Copia B. Cartulario, f. 10). Public. MILLARES, Cancillería, p. 305-306; GONZÁLEZ, Alfonso VIII, II, p. 105-106.

1165, septiembre, San Cristóbal de Ibeas, en el camino de los pobres sobre Arlanzón.

Alfonso VIII dona al abad Rodrigo de San Cristóbal de Ibeas el monasterio de San Pantaleón del Puente.

In Dei nomine. Decet regiam potestatem aliquem sibi bene et fideliter servientem donis remunerare. Ea propter ego Adefonsus Dei gratia rex Castelle et Extremadura dono vobis Abbati Roderico et fratribus vestris et successoribus vestris et monasterio sancti Christofori de Ebea monasterium sancti Pantaleonis de Pont cum ingressibus et regressibus et cum omni hereditate quantum ad ipsum locum pertinet ut habeatis et possideatis usque in perpetuum. Et ego Aldefonsus pro anima avi mei et patris mei et matris et parentum meorum concedo prefatam donationem. Et si aliquis homo etc. Facta carta in monasterio sancti Christofori de Ebea in mense septembrio era MCCIII regnante Aldefonso rege in Castella et in Nazarea et in Extremadura et in Burgos. Istam cartam roboro et confirmo ego rex Aldefonsus in camino videlicet pauperum super Alranzon. Istius rei sunt confirmatores et testes. Petrus Burgensis episcopus conf. *y otros nueve caballeros.*

(Cartulario, p. 10).

17

1170, noviembre, Caracena.

Alfonso VIII confirma al abad Rodrigo y a los monjes de San Cristóbal de Ibeas las propiedades del monasterio, y lo corrobora después en Santo Domingo de la Calzada el 19 de julio de 1175.

In Dei nomine. Cum brevis sit uita temporalis ad comparisonem eterne debet unusquisque dum uiuit bona que poterit agere ut post mortem temporalem per bonorum operum merita possit eterna habere. Huius rei gratia ego rex Aldeffonsus pro anima mea et parentum meorum remissione concedendo roboro et confirmo totam hereditatem in hac pagina descripta uidelicet Quintanar et Lauierno et Millaradas cum suis hereditatibus, montibus et fontibus, ingressibus et regressibus et uniuersis sibi pertinentiis, quas hereditates imperator Aldeffonsus dedit ad ordinem et ad servicium Dei. Et hereditatis medietatem de sancta Maria de Lagareios cum suis omnibus pertinentiis, quam imperator Aldeffonsus dedit domno Gutierre et uxori sue domna Tote et ipsi dederunt abbati Roderico et fratribus sancti Christofori; et una serna que est in Mena inter Villanoua et Vallego, quam imperator dedit Amie Vida et ipse dedit sernam istam et semetipsum abbati Roderico et fratribus sancti Christofori ut omnibus diebus uite sue cum sustentarent; et sant Michael de Villepidro; et sant Pantaleones de la Pont en Valderibaible;

et Olmos qui est circa Tauanera; et Onnegho: quas ego rex Aldeffonsus pro anima mea et parentum meorum abbati Roderico et fratribus sancti Christofori cum omnibus hereditatibus suis ingressibus et regressibus et uniuersis sibi pertinentiis placabiliter dedi. Ego rex Aldeffonsus cartam hanc precepi fieri et meis propriis manibus in ecclesia sancti Saluatoris de Caragena coram audientibus circumstantibus confirmando roborauit. Si aliquis homo cuiuscumque proenie istam nostram confirmationem disrumpere uoluerit sit a Deo maledictus et excommunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus. Facta carta in mense nouembrio era M^a CC^a VIII^a regnante Aldeffonso rege in Castilla et in Achara et in Toletula et in Extrematura et in omnibus regnis suis. Insuper regie parti istius rei contraditor mille auros persoluat. Comes Albarus conf., Comes Nunio conf., comes Petrus conf., comes Gomes conf., comes Vela conf., Gondisaluus Rois conf., Don Malric conf., Petrus Gomes conf., Don Gil conf., Cenebrunus toletanus archiepiscopus et Yspaniarum primas conf., Petrus burgensis episcopus conf., Ramundus palentinus episcopus conf., Gonsaluus Roderici conf., Petrus Rois filius comes conf., Diago Bueso conf., Gutier Pelaes merynus regis in Castilla conf., Petrus Garsie maiordomus curie regis conf., Rodericus Gundisalui alferis regis conf., Gonzalo Copelin conf., Gonzalus Nazareno conf., Don Fortuno conf., Martin Diaz de Melgar conf. Et ego rex Aldeffonsus in tempore quo incarnationes introiui XIII kalendas augusti sub era M^a CC^a XIII in sancto Dominico de la Calçada propria manu hanc cartam et in ea omnes prescriptas hereditates coram his testibus confirmando roborauit. Comes Nunius testis, comes don Gomez testis, Petrus Roiz filius del conde Don Rodrigo testis, Lop Diaz de Mena testis. Roi Gutierrez maior domino testis, Gonçaluo Roiz el duc testis, Gonçaluo Padiella testis, Garçi Cortesia testis et Gutier Pelaez meryno testis, Gonçaluo Peidrez de Aguillar testis.

(Copia A. Traslado auténtico de 21-II-1342, en A. H. N., carp. 249, n.º 7. Public. LLORENTE, Noticias, IV, p. 198-200; GONZÁLEZ, Alfonso VIII, II, p. 259-261).

1171, mayo.

Noticia.

Ay una donacion hecha en el mes de mayo de 1171 por la qual Lope Díaz y su mujer D.^a Sancha y sus hermanos Martín y Sancho Díaz dan a D. Rodrigo, abad de San Cristóbal de Ibeas et fratribus et successoribus eius

beati Agustini ordini servientibus su monasterio proprio, que se llama San Juan de Fitero con su serna y con sus viñas.

(*Cartulario, p. 10*).

19

1171, mayo, circiter.

Noticia.

Lope Díaz de Mena y su mujer D.^a Sancha dieron a este monasterio la parte que tenían en el monasterio de Santa Eugenia de Puent Fitero. Y dieron también la suya Don Ardechina, María Fortunez, Mayor Roiz de Remolino y su yerno Diac Roiz; fue testigo Gutier Fernández de Castro y Pero Ruiz de Castro. Et Lope Sánchez de Tolmatos dio también su parte: et hanc hereditatem, dice, coram his testibus manu propria roboravi, videlicet in die quo exivi de vinculis in Castro. Y D.^a Elvira abbatissa del monasterio sancti Salvatoris con todo su convento dieron la parte que tenían en Santa Eugenia de Pont Fitero y que heredaron de D.^a Falmla sororis et de Mayor Roiz de Remolino. Huius rei sunt testes prior domna Theresa, prior domna Maior, prior domna Elvira, domna Sancha et domna Urrac ecclesie Oroscope. Lope Roig dio su parte y dice más: Haec est confirmatio de hereditate sancte Eugenie, quam Lope Diaz de Mena confirmavit coram his testibus. No tiene fecha.

(*Cartulario, f. 11*).

20

1171, noviembre.

Doña Flammla junto con sus hijas Elvira y Sancha dona al abad Rodrigo de San Cristóbal de Ibeas su heredad en Santa Eulalia de Monasterio de Rodilla.

In Dei nomine. Cum brevis sit uita temporalis ad comparationem eterne

debet unusquisque dum uiuit bona que poterit agere ut post mortem temporalem per bonorum opera merita possit eterna habere. Huius rei gratia ego domina Flammla una cum filiabus meis domina Eluira et domina Sancia pro nostra parentumque nostrorum salute pro peccatorum animarumque nostrorum remissione donamus domino abbati Roderico de sancto Christoforo de Euea et fratribus et successoribus eius beati Augustini ordini seruientibus nostram propriam hereditatem quam habemus en sancta Eulalia de Monasterio de Rodiella cum montibus et fontibus cum terminis et pascuis cum ingressibus et regressibus omnibusque ad eudem locum pertinentiis iure hereditario in perpetuum eis habendam concedimus. Et ego domina Flammla una cum filiabus meis domina Eluira et domina Sancia presentis scripti paginam uoluntate spontanea pro nostris parentumque nostrorum animabus prefatam donationem Deo auctore confirmamus. Si aliquis homo cuiuscumque proienie istam nostram donationem disrumpere uoluerit sit a Deo maledictus et excommunicatus et cum sediciosis et periuris in inferiori inferno dampnatus siue demersus. Facta carta in mense nouembrio sub era M.^a CC.^a VIII.^a regnante Aldefonso rege in Castella et in Naczhara et in Toletula et in Extrematura et in omnibus regnis suis. Huius rei sunt testes Roi Pelaiz et Sancio Pelaiz filii de Pelai Peidrez de las Quintanillas testes Iohan Peidrez testis et Roi Peidrez de sancta Eulalia testis. Don Bernaldo de Burgos testis.

(Orig. A. H. N., carp. 249, doc. 8).

21

1175, julio 19, Santo Domingo de la Calzada.

Alfonso VIII corrobora el diploma otorgado por él mismo al abad Rodrigo de San Cristóbal de Ibeas en noviembre de 1171.

Véase el texto en el doc. 17.

22

1180, agosto, Palencia.

Alfonso VIII dona al abad Rodrigo de San Cristóbal de Ibeas la granja de Lainvierno sita cerca de Santa María de Peraficta, determina las penas de los infractores de su coto y exime a la granja de diversos impuestos.

Notum sit ominibus tam presentibus quam futuris quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Tolleti, una cum uxore mea Alienor regina, libenti animo et uoluntate spontanea, intuitu pietatis, pro animabus parentum meorum et salute propria, facia cartam donationis et concessionis Deo et beate Marie et beato Christoforo de Veas, et uobis dono Roderico abbati, et fratribus uestris et suscesoribus uestris ecclesie Sancti Christofori de Veas, de illa grangia que uocatur de Lainuerno, que est prope beatam Mariam de Peraficta, cum suo situ et cum suo termino que uocatur el Campo, que est prope situm dicte grangie in circuitu eius, qui dictus terminus qui uocatur el Campo et dicto campo accedit usque ad iter quod exiit a cenobio de Rodilla et uadit ad iter quod exit ad beatam Mariam, et iter quod exit de Peraficta et audit ad iter quod uenit a Fresno, et in circuitu dicti termini del Campo illa que uocantur Hormos hereditatum dicte grangie et aliorum uicinorum, et precepimus dictum campum omni tempore anni seruetur, quod nullus omnino ominum cumpascat aut roset uel collat de suis herbis dicti campi et quot nullus in dicto campo pascat. Et si aliquis intrauerit in dicto campo dicte grangie de Lainuerno cum aliquo ganatu, quod soluat de die uno carnero, et si non habuerit carneros soluat una oueja, et de nocte duos carneros uel ouejas. Et si aliquod iumentum uel equum uel bouem aut uacam quod soluat de die tres solidos et de nocte seys solidos nostrae monete. Et dono etiam illa grangia de lainuerno, cum suis terminis et cum suis terris et montibus et fontibus, cum pratis et pascuis, et cum suis terminis, cum ingresibus et regresibus, et omnia ad illam grangiam pertinencia. Et dono et concedo iure hereditario dicto abbati et fratribus et conuentui dicti monasterii quod sint esempti omnes illi qui in dicta grangia habitauerint et in dicto circuitu suo de omni pecto, et petito, et de seruicio, et de matazga, et de fonsado, et de pontazgo, et de toda fazendere, et ad omni regio grabamine et tributo im perpetuum. Absoluo et quod nullus maiorinus intret in dicta grangia et in dicto circuitu suo et in dicto campo nec in suis terminis, nec sit ausus extraere nullum de dicta grangia nec de suis terminis. Si quis de meo genere uel alieno presumpserit, sit anathema a Deo et maledictus, et yram Dei sit super illum quando presumpserit frangere cartam istam, et yram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Iuda, Domini traditore in inferno paciatur eternas, et insuper regie parti mille aureos in cauto persoluat, et predictis abbati et fratribus et conuentui dicti monasterii Sancti Cristofori de Beas dapnum quod intulerit duplicatum reddat. Facta carta en Palencia, decimosesto Agusti, sub era MCC^oXVIII^a regnante rege Allefonso in Toletto, et in Burgis, et in imni regno suo. Et ego Dei gratia rex Allefonso, qui hanc cartam fieri iusi, manu propria roborando confirmaui. Celebruno, archiepiscopus Toletane sedis et primas tocius Yspanie, confirmat; Gundisaluus, Segobiensis episcopus, conf.; Sancius, Aulensis episcopus, conf.; Remundus, Palentinus episcopus, conf.;

Petrus, Burgensis episcopus, conf.; Rodericus Segontinus episcopus, conf.; Michael, Oxomensis episcopus, conf.; Gomes comes conf.; Petrus comes conf.; Ferrandus comes conf.; Rodericus Gutiérrez, maiordomus regis, conf.; Ferrandus Rodríguez de Turgel conf.; Petrus de Cardona, cancellarius regis.

(*En sobrecarta de Alfonso XI del 10-II-1342: A. H. N., carp. 251, doc.*), Public. GONZÁLEZ, Alfonso VIII, II, p. 591-593).

23

1183.

Noticia:

Quoniam ea que nuper egimus vix ad memoriam reducimus necesse est ut ea que in presenti agimus posteris nostris scripta relinquamus. Ego Roi Sanchez vendo tibi abbati Gundisalvo de sancto Christoforo et fratribus ibidem commorantibus totam hereditatem mean quam habeo in Fresno de Rodilla et. Entre los muchos testigos, que pone, uno es Sancho de Vergara. En la era de MCCXXI.

(*Cartulario, f. 11*).

24

1186, marzo.

Gonzalo abad de San Cristóbal de Ibeas cambia una tierra y un linar a Pedro Conde de San Vicente por cuatro heredades sitas en Defesiella, Arenal, Vallejo de Serrano y Merlo.

In nomine domini. Ego Gundissaluo abbate una cum conuentu de sancto Christoforo facimus altercacionem cum Petro Comite de sancto Vincencio, Damus nos inquit illi una terra quod est ante el molino, ex una parte el prior et ex alia la karrera et ex alia el riuo; et in eodem loco I linar ex utraque el prior et ex alia el riuo alia la terra del espino en Cubillo quan-

tum nos ibi habemus. Et ipse dat nobis en Defesiella quantum ibi habet ex una part la karrera et ex alia la defesiella et ex alia don Oria et ex alia nos; et in Arenal quantum ibi habet suum et de suo cormano Felizes ex una pars el prior et ex alia filios de Iohan Pascual et ex alia Iohan Geruas et in imo Petro Sancio de Saldanna; et in Vallego de Serrano quantum ibi habet ex una pars don Saluador et ex alia Gonzaluo et ex alia Petro Roman et ex alia la karrera; alia terra la del Merlo quantum ibi habet suum et quantum comparauit et de sua thia donna Maria ex una part el arroyo et ex duabus partibus el prior et ex alia Iohan de Castro. Et ut firmiter et stabiliter sit hanc altercationem manibus propriis roborauimus in capitulo sancti Christofori et in concilio de Villatroedo coram testibus. Facta karta in mense marcio sub era M^a CC^a XX^a III^a regnante rege Aldefonso in Toledo et in Burgos et in Castilla et in Extremadura et in regno suo. Huius rei sunt testes: Dominicus prior, Petrus superior, Michael sacristanus, Iohannes cellarius, Petrus criator testis, et conuentus sancti Christofori testis, don Iohannes presbiter, Dominico Martin, Iohannes de Castro Munio, Iohannes Martínez, Gonzaluo, Iohan Geruas, Petro Domingez, et de sancto Vincencio testes, et concilium de Villatroedo testis.

(*Orig. A. H. N., carp. 249, doc. 9*).

25

1193.

Noticia.

Hay una donación hecha en la era MCCXXXI año de 1193 por lo qual parece que García González dio a D. Gonzalo abad de este monasterio la heredad que tenía en Villafuertes.

(*Cartulario, f. 12*).

26

1196, marzo 31, Peñafiel abril 9, Valladolid.

Fallo a favor del monasterio de Ibeas y del de San Juan de Burgos acerca de los collazos de San Adrián, en contra del concejo de Santa Cruz de Juarros.

Sub era millesima ducentesima trigesima quarta, pridie calendas Aprilis, abbas Sancti Christophori de Ibeas et prior Sancti Ioannis de Burgos habuerunt contentionem cum concilio de Sancta Cruz de Sufarum super collatios Sancti Adriani, quos non sinebant pascere neque lenea cedere, et venerunt ante regem Aldefonsum apud Penamfidelem cum heredibus suis, et fuit in voce concilii Sancte Crucis Alvar Garcia, vocem vero prioris et abbatis dedit dominus rex Ferrando Ferrandiz de Castro; et tenuerunt utrasque in curia ante regem; et cognovit in voce dominus Alvar Garcia, et homines Sancte Crucis cum eo, quod abbas et prior habebant domos suas in Sancto Adriano, et homines habitantes in eis habebant pascere et taiare cum eis in omni termino Sancte Crucis, sed collatios dicebant non debere ibi populare; e contrario advocatus abbatis et prioris dicebat collacios habendos debere. Super hanc contentionem iudicaverunt alcaldi domini regis, ipso iuente, scilicet, Gonzaluo Perez de Torquemada, Gutierre Diaz de S. Boal, D. Ordonno de Torme, Garcia Perez de Toledo, quatenus predictus abbas et prior Sancti Ioannis afferant coram regi privilegia sua infra novem dies per manum fidelis, et miserunt abbas et prior, iuente domino rege, privilegia sua in manu de Alvar Garcia in loco fideli et ille tradidit ea sobrino suo D. Gomez nomine; nono autem die abbas et prior Sancti Iohannis venerunt ante regem cum fideli suo apud Valemoleti et protulerunt privilegia sua in curia coram rege, et legit ea coram rege dominus Martinus, Oxomensis episcopus, et, secundum quod invenerunt in privilegiis, iudicavit dominus rex et alcaldi eius quod abbas Sancti Christophori et prior Sancti Ioannis habere collacios in Sancto Adriano qui pascerent et taxarent cum concilio Sancte Crucis, et quod collatiis ante abstulerant illis redderent, quod vero de monasterio apprehenderunt duplicatum redderent. Ad hoc iudicium apud Penamfidelem adfuerunt presentes et testes dominus Tellez de Campos, Petrus Gutierrez de Campos, Petrus Fernandez de Moral, Petrus Fernandez de Arnillas, Rui Perez de Malavila merino maior, Pero Moro de Burgos. De heredibus Sancte Crucis adfuerunt Alvar Garcia, Petrus Ruiz, filius Roy Gutierrez, Nuno Perez, filio Pero Roiz de Guzman, Petrus fio, merino de D.^a Maria de Almenar. Apud Vallemoleti fuerunt presentes coram domino rege domnus Martinus, Oxomensis episcopus, D. Ordonno de Torme, adelantado domini regis, Nuno Perez filius Petro Ruiz de Guzman, Gomez Gonzalvus.

(Copia Bibl. Acad. Historia (Col. Abella, 94 transcrita del conde Mora, 0-10 y ésta del A. M. de Burgos). Public. GONZÁLEZ, Alfonso VIII, III, p. 157-158).

1193, diciembre 13.

Don Gil de Osorno vende al abad Gonzalo de San Cristóbal de Ibeas toda su heredad de Villafuertes de Canmuño por 80 aureos.

In nomine Domini cunctis sit notum quod ego don Gil de Osorno uendo tibi abbati Gundissaluo et fratribus de sancto Christoforo omnem hereditatem quam habeo in Villafortes de Campo de Munno et in suis terminis cum montibus et fontibus, solares, terras, uineas, ortos, pratos, molendinos, cum ingressus et regressus et omnibus suis pertinentiis cum illa diuisa que fuit de don Ramiro filio de Petro Alvarez pro LXXX aureos et sum paccatus de supradicto precio. Quod si aliquis ex filiis uel filiabus meis aut ex parentibus meis uel extraneis hoc scriptum disrumpere temptauerit sit a Deo maledictus et excommunicatus et pectet in coto regis terre C morab. et hanc hereditatem dupplatam uel melioratam in tali loco. Ego don Gil qui hanc kartam fieri iussi manibus propriis roboro et confirmo et hec karta fuit facta et roborata in Villafortes in mense decembrio in die Lucie sancte sub era M^a CC^a XXXI^a regnante rege Aldefonso una cum regina sua Alienor in Toledo et in Burgos et in Castella et in Extremadura; Marinus episcopus in sede burgensi, Rodericus Roderici maiordomus regis, Diag Lopez merinus. Huius rei testes: Gonzaluo Valera et suo filio Gonzaluo, don Rodrigo et don Gomez filios de Garci Martinez de Villaongomez testes; Gonzaluo Roiz de Grediella testis, Ferdinandus abbas de Villa Aluura cum suis fratribus, Gonzaluo de Beruiesca, Micael de Arlanzón, Martinus de Villamorico testis, Gundissaluus presbiter de Villacisla testis, Antoninus de Villacisla, don Munno Rauia et don Remondo de Villaongomez testis, don Iohannes presbiter, Iohannes Traulesso, Martin Peidrez, Ferrand Saluadorez, Petro Gallego et don Antonino de Villafortes et concilium de Villafortes testis. Ego don Gil confirmo hanc supradictam hereditatem fratribus sancti Christofori extra illum solarem qui est iuxta domum de Iohan Trauiesso et per me misi abbate Gundissaluum in supradicta hereditate coram testibus don Albaro de Moduua testis, don Lop et don Garcia filiis de Garci Escanno testes. Et Ego Gundissaluus abbate una cum fratribus sancti Christofori dedi a Don Gil en cambio una pasada a la porta que fuit de Ferrand Gonzaluez pro supradicta hereditate et statim uendidit illa passadam nobis pro II nummos coram supradictis testibus.

(Origin. A. H. N., carp. 249, doc. 11; copia en A. H. N., carp. 249, doc. 10).

1196, agosto.

Gonzalo, abad de San Cristóbal de Ibeas, cambia una viña sita en Arenasa a Esteban, cocinero de San Juan de Burgos, y a su mujer Dominga por cuatro viñas sitas en San Vicente.

In Dei nomine. Ego Gundissalus Dei gratia abbas sancti Christofori de Veia una cum Dominicus prior et Petrus Serrano subprior et Martinus sacrista et Petrus de Villasendino bestiaro et freire Iohannes prouisor et cum conuentu eiusden ecclesie bona uoluntate facimus cambium cum tibi Stefanus, cozinero sancti Iohannis de Burgos, et uxor tua Dominga de illa nostra uinea quam habemus in Arenas a fonte Vitalis unde sunt allatanei illa uinea episcopi Marini et ex alia parte el judeo in fondon et in costa et in sumo via discurrente et accipimus a uobis in cambium illas uestras IIIor uineas quas habetis in sancto Vicentio las duas uineas sunt in ualle de Urban et suat allatanei de ambas las uineas filiis Petrus Sancio et Guisabel et illas uineas sancti Christofori de Eueias et alia uinea es in Villatroedo al campo ad latus de la uinea sancti Iohannis et de la carrera et alia uinea es a fonte Toel ad latus de Guisabel et de Maria Iohannis, et pro quo ualet nostrum plus quam uestrum accipimus a uobis in susanna unum mantum obtimum de bruneta et sumus de illo paccatos et istud cambium facimus hereditate pro hereditate. Si quis hoc nostrum cambium ex nostris uel de alienis retemptare uoluerit iram Dei habeat et in coto regis terre CC morabetinos persoluat. Facta carta mense augusto in era M^a CC^a XXX^a IIII^a regnante rege Aldefonso cum uxore sua regina Alienor in Burgos et in Toletto et in Castella et in toto regno suo. Huius rei testes sunt: Fraire Petrus Garciez, Fraire Petrus Fitero, Fraire Rodrigo Cellerizo, Fraire Rodrigo de Arlanzon, Fraire Sancio de Aguilar et conuentu eiusdem ecclesie: de Villatroedo sunt testes: Dominicus Martini, Iohannes de Castro Munio, Petrus Comde, don Gonzaluo, Iohannes Geruas; de barrio sancti iohannis de Burgos sunt testes: Iohannes de Villa Erizo, Martinus de Petrus Munniz, Iohannes Dimciz [Dominiciz], Bernaldus Ferrero, Petrus de la Obra, Petrus Sotragero, Iohannes de Rio Laredo scripsit.

(Origin. A. H. N., carp. 249, doc. 12).

1199, mayo 1, Arcos.

Alfonso VIII concede al monasterio de San Cristóbal de Ibeas el privilegio de la exención de portazgo y el de pastar sus ganados libremente en todo el reino.

Presentibus et futuris notum sit ac manifestum quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castellae et Toleti, una cum uxore mea regina Alienor, et cum filio meo Ferrando, dono et concedo Deo et monasterio Sancti Christofori de Euea, et vobis domno Petro, eiusdem abbati, et canonicis ibidem degentibus, praesentibus et futuris, hanc consuetudinem et donum, videlicet ut in toto regno meo nusquam portaticum de propriis rebus vestris nec mercaturis unquam persolvatis et pignora aliena vos aut vestri homines non absolvatis. Dono quoque vobis et iure hereditario concedo ut omnes ganati vestri per omne regnum meum segura et libera habeant pascua et in nullo loco montaticum por illis tribuatis. Si quis vero contra hoc meum praeceptum ire volens a vobis vel a vestris hominibus de propriis rebus seu ganatis vestris portaticum vel montaticum accipere praesumpserit iram Dei omnipotentis plenarie incurrat et cum Iuda, Domini traditore, infernales paenas sustineat, et insuper regiae parti mille aureos in cauto persolvat, et damnum quod supra hoc vobis intulerit duplicatum restituat. Facta carta apud Arcos, era millessima ducentesima trigesima septima, kalendis Madii. Et ego rex Alfonsus, regnans in Castella et Toletis, hanc cartam quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. Signum Aldefonsi regis Castellae. Gonzalvus Roderici, maiordomus curiae regis, conf.; Didaco Lupi de Faro, alférez regis, conf.; Martinus, Toletane sedis archiepiscopus, Hispaniarum primas, conf.; Martinus, Burgensis episcopus, conf.; Ardericus, Palentinus episcopus, conf.; Martinus, Oxomensis episcopus, conf.; Rodericus, Segontinus episcopus, conf.; Gundisalvus, Segoviensis episcopus, conf.; Jacobus, Abulensis episcopus, conf.; Julianus, Conchensis episcopus, conf.; Ioannes, Calagurritanus episcopus, conf.; (Briccius), Placentinus episcopus, conf.; Comes Petrus, conf.; Alvarus Nunii conf.; Petrus Garsie de Lerma conf.; Lupus Sancii conf.; Gomicius Petri conf.; Petrus Gonzalvi de Marannone conf.; Guterrius Ferrandi conf.; Alfonsus Telli conf.; Guillelmus Gonzalvi conf.; Didaco Garsiae existente cancellario, Petrus, domini regis notarius scripsit.

(Public. LLORENTE, Noticias, IV, p. 356-357, n.º 191, tomándolo del Archivo de S. Cristóbal de Ibeas; hoy perdido. GONZÁLEZ, Alfonso VIII, III, p. 199-201. Noticia de este privilegio en el Cartulario, f. 11, pero datándole erróneamente en 1189).

1199.

Noticia.

Hay una escritura, por lo qual parece que Gonzalo Garzía de Villayuda compró la heredad de Caboredondo y de Monasterio de Rodilla, la que después empeñó el abad de S. Christoval como se dirá luego (cfr. n. 34). Hizose en la era MCCXXXVII o año de 1199 y en ella se pone por maiordomo del rey D. Alonso a Gonzalo Ruiz Girón.

(*Cartulario, f. 12*).

1199.

Noticia.

Hay un privilegio plomado de Inocencio III concedido especialmente en favor del abad y convento de Villamayor y demás abades y religiosos del Orden de Premonstré de la Circaria de España contra los que ponían manos en nosotros y nos robaban. Concediose en el año de 1199, segundo de su Pontificado.

(*Cartulario, f. 12*).

1201, enero.

Ordoño y su hermana Mencía venden al abad P. de San Cristóbal de Ibeas cuatro solares y cuatro tierras en Castrillo del Val.

Principium scripti fit sub nomine Christi. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego don Ordonio una cum sorore mea dompna

Mencia spontanea uoluntate uendimus in Castrillo del Val IIIor solares cum suas eras et cum ingressibus et regressibus et exitibus suis et cum omnibus suis pertinentiis et IIIor terras tibi abbati P. de sancto Christoforo et eiusdem conuentui pro XLI m. ut abeatis et possideatis iure hereditario in secula. Et ego don Ordonio una cum sorore mea dompna Mencia qui hanc cartam fieri iussimus propriis manibus roboramus; et hec carta fuit rata et roborata in concilio det Castrillo et in concilio de Castil Seracin. Et ego don Ordonio per mandatum dompne Mencie misi uos in supradictos solares et dedi per manu a Gonzaluo Martinet ut mitteret uos in supradictas hereditates et ipse G. Martinet misit nos in supradictis hereditatibus. Facta carta in mense iauario sub era M^a CC tricesima IX regnante rege Aldefonso una cum uxore sua Alienor et filio suo F.; Diez Lobet de Faro alfieret regis, G. Roiz maior-domus regis; G. Diez merinus regis, Matheus electus in Burgos. Huius rei testes sunt: abbas Michael sancti Petri Caradigne cum suis monachis, Sabastianus Marcellus Gondisaluus testes, Garci Garciez suo ermano de Ordonio G. testis, Lupus Nauarrus testis, Roi Gonzaluet de Vilabascones testis, Roi Funtoria testis, Martin de Raue testis, Alfonsso de Castril Ceracin testis, Munio presbiter et abbas de la confradria testis, Pardo presbiter de Castrillo testis, Semen presbiter testis, P. Sobrino merino de G. Lopet Simeon testis, Petro Iohannes testis, Ioan Caluila testis, Domingo Negro testis, Pedro Caro de Castrillo del Val testis, Ioan de dona Sol et concilio de Castrillo testes, Dominicus presbiter, de uila Seraçin, Ioan Saerrano testis, P. Dominget testis, Ioan Michael Dominicus filio de Domingo Munoz testis, Bernardo de Castril Serraçin testis et concilio de Vila Serraçin testis; Iacobus scripsit.

(*Origin. A. H. N., carp. 249, doc. 13*).

1201, febrero.

Doña Elvira y su hijo Juan venden a D. Raval Buetre sus heredades en Villafuertes por 122 morabetinos.

In Christi nomine. Ego dompna Eluira una cum filio meo Iohannes ex nostras uoluntates uendemus uobis dompnus Rauol Buetre illa nostra propria hereditate quantum habemus in Villafortes, scilicet: terras, uineas, casas et solares populatos et non populatos, ortos, molinos, prados, rios, arbores, pastos, fontes, montes, entradas, exidas, quantum habemus in Villafuertes et

nobis pertinent et in suos terminos ab omni integritate et per unam passadam terre ih illo solare de Gonzaluo Diaz in amplo et in longo cum introitu et exitum; et desuper hoc cambium accipimus a uobis in pretio CXXXII morabetinis bonos alfonsis et de istud cambium et de isto pretio sumus paccati. Si quis hoc cambium infringere uoluerit in primis iram Dei habeat et in cauto regis terre CCC morabetinos persoluat et uobis dompnus Rauol el Buetre isto cambio et isto pretio et ista hereditate duplet et melioret in simili tali loco. Facta carta in mense febroarii in era M^a CC^a XXX^a VIII^a regnante Aldefonso rege una cum uxore sua regina Alienore in Burgis et in Toletto et in Conca et in omni regno suo, uillico maior in Castella Guterrus Didaci, Alferiz Albarus Nunnez, maiordomo maior Gundissaluus Roderici, uillico in alfoz de Munio dompnus Pelagius, Matheus electus in Burgis. Huius rei sunt testes de cauaeros: Gonzaluo Diaz, Gonzaluo Pedrez, Ferrand Munioz, De labradores: Iohannes presbiter, Petrus presbiter, Ferrand Saluador, Dominico pastor, Boual, Gonzaluo Iohannes, Compannero; et sunt fiadores de riedra de ista hereditate a foro de terra Gonzaluo Diaz et Gonzaluo Pedrez amos mano comun. Nicolaus tinxit.

(*Origin. A. H. N., carp. 249, doc. 14*).

34

1201.

Noticia.

En la era MCCXXXIX o año de 1201 empeñó Gonzalo García la hacienda que había comprado en Caboredondo y Monasterio de Rodilla (cfr. n. 30) al abad de S. Cristóbal por por CCC maravedís, y quedóse con ello, añade el inventario al folio 55.

(*Cartulario, f. 12*).

35

1203, febrero 2.

Pleito habido entre el abad de San Cristóbal de Ibeas y Lope Alvarez.

Hec est carta de iudicio que habuit el abbate de sancto Christoforo et suis fratribus con Lopalvaret e afinco e levolos a iudicio a Toieto antel rege et tenerunt suas voces, Mandolo el rex jubgar al conde D. Fernando et a Gonzalvo Petri de Torquemada e judgaronno e pusieronles plazo en Hormaza. Vinieron al plazo el abbate e suis fratribus e Lopalvarez e pusieron fideles a D. Juan de Villatant e Gutier Diez de Zelada, superfidele Ordonius Petrez de Cabia. Cumplió el abbate cum suis fratribus cum judgados fueron con Gil Ramirez de Celada e vencieron. Isto plazo e isto cuplimiento fuit factum in die Purificatio sancte Marie sub era MCCXLI. (Luego pone los testigos que fueron más de XXXII).

(*Cartulario, f. 12*).

36

1208.

Noñicia.

Hay una carta de compra de tierras en Villasandino, era MCCXLVI o año de 1208.

(*Cartulario, f. 12*).

37

1209, abril.

D. Gonzalo, hijo de Pedro Izquierdo, vende a D. Pedro, abad de San Cristóbal de Ibeas, una tierra en Quintanilla y otras heredades por 150 maravedís.

In Dei nomine. Ego don Gonzaluo filius de Peidro Esquierdo uendo al abat don Peidro de sancti Christoforo et al conuent la tierra de so Quintanilla, la media de la laguna de Cidiuanes, et otra tierra sobre la carrera de Graiera, la tercia de quanto el i sormano ia uien per nombre, la tierra che fue de Domingo Pelaez per CL m. Fiadores de sanamiento Gonzaluo

Peidrez e don Lorent filius de Gonzaluo Gonzaluez; Gonzaluo Peidrez testis, Diago Caluez testis, Aluar Goncaluez testis, Martin Sendino testis, el archipresbiter Petro Martin testis, Martin filius Petro Vicent testis, Domingo filius Martin Dominger testis, Goncaluo Martin testis, Domingo Conde testis, Petro Gauia testis, don Belasco testis, Conçeo de Villasendino audientes et uidentes. De Quintanilla: don Ferrando testis, Gonçaluo sormano testis, P. Carillo testis, P. Pastor testis, P. filius Peidro Iohannes testis, don Pascual testis. Facta karta mense aprilis era M^a CC^a XXXXVII^a regnante rex Alfonso en Toletto et in Castella et sua uxor dona Lionor, maiordomo regis Goncaluo Roiz, merinus maior Garci Roiz, episcopus en Burgos Garci Martinez. Et qui istam cartam uoluerit disrumpere sit maledictus et excommunicatus et abeat parte con Iudas en inferno et pectet en coto regis CC morabetinos. Rodericus Gundisaluus scripsit.

(*Origin. A. H. N., carp. 249, doc. 15*).

38

1211.

Noticia.

Hay una carta de asiento, concierto y auenencia entre ciertos caballeros de la Junta de Juarros y el abad de San Cristóbal, mayor en toda la Junta, en que mandan que no se corten los montes de Matanza sino en cierta forma. En la era de MCCXLIX o año de 1211.

(*Cartulario, f. 12*).

39

1212, mayo 6.

D. Pedro Rodríguez, abad de Arlanza, vende a D. Pedro, abad de S. Cristóbal de Ibeas, toda su heredad en Hormaza por 400 aureos.

Quoniam ea que ruper egimus vix ad memoriam reducimus, oportet ut

ea que in presenti facimus omnibus hominibus scripta carta relinquamus. Vnde ego D. Petrus Roderici, abbas ecclesie S. Petri de Arlanza, cum assensu ejusdem capituli vendo et robro vobis D. Petro, abbati ecclesie S. Christofori omnem hereditatem quam nos habemus in Hormaza propter quatuorcentis aureis et accepi ex vobis en susanga et in cambium unum solare en Torrecilla coram his testibus N. N. concilio de Hormaza auditores hanc venditionem et roborationem et visores Petrum abbatem ecclesie S. Petri mittentem in predictam hereditatem D. Petrum abbatem sancti Christofori necnon Ds. Petrus abbas ecclesie S. Christofori de prescripta hereditate eiiciente D. D. abbatem S. Petri de Arlanza. Facta carta in mense maii in die S. Ioannis apostoli ante Portam Latinam sub era MCCL regnante rege Aldefonso una cum conjuge sua Aleonore et filio suo Enrrico en Toieto et in Burgos, in Victoria cum omni regno suo et in ipso anno pugnavit cum mauris in campestribus Tolose et fecit Victoriam. Alvar Nuñez alferat, Petro Ferrandez merino, maiordomus Gonzalo Ruiz, archiepiscopus Toleti Roi Xemenez, electus in Burgos Joan Mathe.

(*Cartulario, f. 12-13*).

40

1217.

Apeo del término de Mijaradas hecho por mandato del rey Fernando III ante las quejas presentadas por el abad D. Rodrigo contra los concejos de Riocerezo y Turones.

In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quos ista es carta de remembranza de la contienda que era entre el abad Don Rodrigo de S. Christoval y el concejo de Riocerezo y el concejo de Turones sobre los términos y sobre los pastos. Ond se rencuro el abad D. Rodrigo de S. Christoval al Rey Don Fernando en Burgos del concejo de Riocerezo y del concejo de Turones e del mas quel facian. Et el rey mando a Don Gonzalo Peiret de Armellas que era merino mayor que enviase pesquisidores que pesquisiesen en las villas fazeras qual vida viviera en tiempo del rey D. Alonso su abuelo, etc... (Pone los mojones y entre otros confirmadores confirman): alfert regis D. Lop Diaz de Faro, maiordomo D. Gonzalo Ruiz Giron, merino mayor Gonzalo Peyret de Armellas, obispo en Burgos D. Maurit. (Año de 1217).

(*Cartulario, f. 13*).

P. GONZALO MARTINEZ, S. J.

(CONTINUARÁ).